



540

135



XVII, 133.



33

Anna Salgarina
Septembris
1652

Exemplar hoc continet uariatam
in articulo maxime, Confessionem
et uidez primum esse, saltem pro
ximum primo est, quod 1571. pro
dub. et Normali prima uice a
Melanchthone productum, sed
ab Ercio reiectum

Articuli Schmalcaldici


CAPITA
FIDEI CHRITIANAE,
CONTRA PAPA-
mam & Portas infero-
rum, constanter
asserenda.

D. MAR. LVTHE-
RVS.

VITEBERGAE.

Anno M. D. XLII.

*est alia versio ab ea, quae in Libr. Sym-
bolicis legitur.*



PRAEFATIO

DOCTORIS MARTINI
LUTHERI.



VM PONTI
fex Paulus eius nomi-
nis tertius, anno 1537
Concilium ad festum
Pentecostes Mantu-
am indiceret, idque
postea alio ab urbe
Mantua transferret,
ut etiamnum incertum sit, quo potissi-
mum uelit, aut pos sit illud conuocare,
nobis uero ea esset proposita spes, ut
aut unà ad Conciliū m vocaremur, aut
inuocati condemnaremur, Mihi id nego-
tij dabatur, ut nostram doctrinam con-
ferrem in præcipua capita, quo consta-
ret, si coeptum esset agi, qua in re, & qua-
tenus vellemus, aut possemus Papistis
cedere, quæq; in sententia decreuissemus
consistere & permanere.

Collegi

Collegi itaq; hæc capita, & tradidī
nostris, A qbus recepta sunt, & uno con-
sensu approbata, simulq; constitutū est
ut palàm offerentur, & nostræ fidei con-
fessio exhiberetur, si Pontifex cum suis
auderet aliquando sine fraude, & impo-
sturis serio, uereq; iustum, & liberum Cō-
cilium (ut deberet) habere. Sed Roma-
na curia ita abhorret a libero Concilio,
lucemque adeo turpiter fugit, ut uel ijs,
qui ipsius partes sequuntur, omnem de
Synodo spem ademerit, ut non modo
ipsa nunquam conuocatura liberū Con-
cilium, sed ne quidē æquo animo latura
esse uideatur, Qua re illi non iniuria offē-
duntur, & ex ea molestiam capiunt non
mediocrem, ut, qui intelligant, pontifi-
cem malle omnes Christianos esse perdi-
tos, & omnium animas damnatas, quam
permissurum, se aut suos ad officium, sa-
nitatemq; reduci, et tyrannidi suæ mo-
dum aliquem statui. Ego nihilominus
tamen volui hæc doctrinæ nostræ capita
in lucem edere, ut, si me ante mors occu-
paret, quam congregaretur Synodus (ut
confido, & spero) quandoquidem ist
A ij nebuloi

nebulones lucifugi tam sollicite cōten-
dunt, ut Concilium differatur et impedi-
atur, haberet posteritas testimonium, &
confessiōem meam in promptu, qua ute-
retur, cum illa, quam edidi antea, in
qua ad hunc usq; diem perseueravi, &
deinceps Dei gratia perseuerabo. Nam
quid dicam, aut quomodo querar? Equi-
dem ad huc in uiuis sum, scribo, doceo,
prelego quotidie, & tamen non inter ad-
uersarios tantum, sed etiam inter simula-
tos fratres, qui uideri volūt à nobis stare,
produnt se uirulenti qdam obstinate ope-
ram dantes ut mea scripta, et doctrinam
meam aduersum me calumniose detor-
queant, me inspectante, et audiēte, cū ipsi
non ignorent me diuersum docere. Ita
meis sedoribus ad suam uirulentiam abu-
tuntur, & miseros homines sub meo no-
mine seducunt. Quid uero fiet, me mor-
tuo? Atqui deberem omnia propugna-
re supstes. Sed quo pacto possum unus
omnia diaboli ora obstruere? eorum
præsertim (sicut omnes sunt infecti) qui
neque audire, neque attendere volunt
ea, quæ scribimus, sed id vnum habent
studio

studio, ut nostra uerba in singulis literis
quàm foedissimè deprauent, atque cor-
rumpant. Tales refutet diabolus, aut ad
extremum ira Dei, ut digni sunt. Sæpe
reminiscor boni Gersonis, qui dubitat an
quicquam boni sit in publicum scriben-
dum, Si non fit, negliguntur multorum
animæ, quibus poterat ea opera subueni-
ri, Sin minus, præsto est diabolus cum in-
numeris malevolentissimis linguis, quæ
inficiunt, & peruertunt omnia, ne qua
percipiatur inde utilitas. Veruntamen
quid lucri faciant, non est obscurum. Po-
stequam enim de nobis mentiri cœpe-
runt, & voluntates hominum mentien-
do retinere conati sunt, Deus suum opus
strenuè peregit. ac fecit, ut ab illis multi
deficerent, nobis uero, subinde fieret ac-
cessio, & ut illi summam ex mendacijs
suis acciperent ignominiam, quod facit
adhuc indies.

Non possum non historiam quan-
dam referre. Fuit Vitebergæ Doctor
quidam missus huc ex Gallijs, qui coram
nobis aperte dixit, Regem suum habere
persua-

A ij

peruasissimum nullam esse apud nos Ec-
clesiam, non Magistratum, non coniugi-
um, sed exerceri vagos concubitus mo-
re pecudum, & sumere sibi quenque o-
mnium rerum licentiam. Cedó, qua fron-
te nos illo die ante tribunal Christi intue-
buntur: qui per sua scripta Regi, & alijs
gentibus prodigiosa mendacia pro veris
inculcant. Christus omnium nostrū Do-
minus, & iudex optimus, testis est illos
mentiri, & esse semper mentitos, Eius
sententiam cogētur audire. Id certo scio.
Deus conuertat ad pœnitentiam, q̄ con-
uerti possunt. Cæteros manent perpetua
& dira supplicia.

Atq̄, ut ad rem redeam, cupe-
rem sane uerum Concilium videre, quo
multis controuersijs, & multis homini-
bus consuleretur, non quod nos eo indi-
geamus. Nostræ enim Ecclesiæ puro
verbo Dei, & uero usu sacramentorum,
ac omnium ordinum & bonorum ope-
rum cognitione, ita sunt Dei gratia illu-
minatæ, & constitutæ, ut nostra causa
nullam Synodum desideremus, & in eo
Genere

genere perfectius aliquid de Synodo no-
bis non polliceamur. Sed uidemus non
sine grauissimo animi dolore passim in
dioccesibus Episcoporum plurimas pa-
rochias uacuas, atq; desertas, neq; uel E-
piscopis, uel Canonicis curæ esse, quem-
admodum illic miseri homines uiuant,
aut moriantur, pro quorum salute Chri-
stus ipse mortuus est, quem prohibentur
tanquam Pastorem cum omnibus suis
colloquentem audire. Quo magis exhor-
rescens uehementer metuo, ne Deus ali-
quando concilio angelico Europam sub-
iciat, quod nos omnes funditus perdat,
sicut olim Sodomam & Gomorram,
quando quidem adeo temere ipsū p̄ cōcilia
ludibrio habemus. Præter hæc tam ne-
cessaria negocia Ecclesiastica, infinita, &
ea non leuia etiam in politico statu corri-
genda essent. Ibi inter Principes & ordi-
nes discordia est, ibi usura, & auaritia, ue-
lut diluuium quoddam irruerunt, &
plane in locum iuris successerunt, petu-
lantia, immodestia, fastus in uestitu, hel-
luationibus, alea, pompis, cum omni ge-
nere uitiorum, & scelerum, inobedientia

A iij subdito-

subditorum, familiae, mercenariorum om-
nium opificum, & rusticorum iniquissi-
ma in uenditionibus aestimatio, & alia in-
numerabilia ita inualuerunt, ut ne decem
quidem concilijs, & uiginti contractibus
politicis possint emendari. Hæc præci-
pua Ecclesiastici, Politiciq; status capita,
si in Synodo tractarentur, tantum face-
rent nobis negocij, ut facile interea obli-
uisceremur ineptiarum de tunicis talarib.
de magnis rasuris capitum, latis cingulis,
Episcopatibus, & Cardinalitijs galeris,
baculis, & similibus nugis. Rebus Eccle-
siasticis, et ciuilibus nunc iuxta uerbum
Dei constitutis, satis mature de cibis, ue-
stitu, rasuris, & casulis agi posset. Sed si
deglutimus camelos & p his excolamus
culices, negligimus trabes, non ferimus
festucas, non est, quod Concilium ma-
gnopere expectemus, Quapropter pau-
ca feci capita. Nam alioqui tot à Deo
mandata habemus in Ecclesia, in Magi-
stratu, in rebus domesticis, ut ea nūquam
possimus perficere. Quorsum igitur opus
est multa præterea decreta, & traditiones
condere? præsertim si illa principalia à
Deo

Deo mandata negligantur, quasi uero
illum nostris ineptijs oporteat cedere,
Propterea, quod summa eius mandata
pedibus conculcamus. Sed nos premunt
nostra peccata, neque sinunt Deum no-
stri misereri, quia non agimus poeniten-
tiam, imo uero omnem impietatem co-
namur stabilire. O Domine Iesu Christe
celebra ipse Concilium, & redime tuos
per tuum magnificentissimum aduentum. De
Pontifice, & eius sectatoribus nulla spes
est. Illi te nolunt recipere. Quare adiuua
nos pauperes, & miseros, qui ad te
suspiramus, & serio te quærimus,
pro gratia, quam dedisti no-
bis per sanctum tuum
spiritum, qui tecum
& cum Patre
uiuít, ac
regnat, laudatus
in perpetuum,
AMEN.

A. V. Pri.

PRIMA PARS CONTINET

sublimia capita, de di-
uina Maiestate.

I.

Patrem, Filium, & Spiritū sanctum
in una diuina essentia & natura, esse tres
distinctas Personas, attamen unū Deum
qui cœlum, ac terram creauit.

II.

Patrem a nullo, sed Filiū a Patre
esse genitum, Spiritum sanctum uero ab
utroq; procedere.

III.

Necq; patrem, neq; Spiritum sanctū
sed Filiū assumpsisse humanam naturam.

III.

Filiū sic esse incarnatum, ut de Spi-
ritu sancto, citra uirilem operam, sit con-
ceptus, & ex pura & sancta uirgine Ma-
ria natus. Deinde esse passum, mortuū,
& sepultum, descendisse ad inferos, resur-
rexisse à mortuis, ascēdisse ad cœlos, sede-
re ad dexteram Dei, venturum esse ad iu-
dicandum

dicandum viuos & mortuos etc. Sicut A-
postolorum, Nicenum, item S. Athana-
sij Symbolū, & nostri Catechismi docēt.

De his articulis nulla controuersia.
aut contentio est, Cum utrosq; utrinq;
confiteamur. Quare superuacaneum fue-
rit prolixius de his agere.

SECUNDA PARS COM- plectitur articulos de officio & ope Iesu Christi, aut de no- stra redemptione.

Hic illud est primū, & præcipuū ca-
put, Iesum Christum, Deū ac Dominum
nostrum, ppter peccata nostra esse tradi-
tum, & propter iustificatiōem nostram
resurrexisse, Rom. iiii. Item illū solum esse
agnum Dei, q tollit peccata mundi, Io. i.
Et Deum illi iniquitatem omnium nostrū
imposuisse, Esa. liii. Ad hæc, Omnes pec-
cauerunt, Iustificantur autem gratis per
illius gratiam, p redemptionem, quæ est
in Christo Iesu in sanguine ipsius, Ro. iii.

Hæc itaq; gratia cum apprehenden-
da sit fide, & eam alioqui nemo uel opere
uel lege,

uel lege, uel merito consequi possit, manifestum & certum est, fide nos iustificari, sicut testatur diuus Paulus Rom. iij. Arbitramur fide iustificari hominē absq; operibus legis. Item, ut ipse sit iustus & iustificans eum, qui est ex fide Iesu.

Ab hoc articulo ne tantillum quidem discedere possimus etsi cœlum & terra ruunt, uel omnia de loco moueantur, Nō enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Act. iij. Item Esaie lix. Eius liuore sanati sumus.

In hoc articulo fundatum est, quicquid aduersus Papam, diabolum, & mūdum docemus & uiuimus. Quare de hoc nobis minime dubitandum est. Alioquin actum fuerit in uniuersum, & Pontifex cum Satana & suis, victoriam de nobis reportabit, ac triumphabit.

SECUNDVS ARTI culus.

Missa Papistica, summa & horribilis abominatio est, quæ acerrime cum principali

cipali articulo pugnat, tametsi inter cæ-
teras omnes idololatrias papisticas habita-
est preciosissima, & quæstuosissima. Ha-
bebant enim omnes persuasum, eiusmodi
sacrificium, & opus Missæ uel a perdi-
tissimo nebulone factum, liberare homi-
nes a peccatis, tum in hac vita, tum post
hanc vitam in purgatorio. Hoc uero nisi
à solo agno Dei, fieri non potest, ut su-
pra dictum est. Quare neq; de hoc articu-
lo cedere, aut aliquid largiri licet. Prior
enim Articulus id fieri prohibet.

Quod si qs in Papistas commodi-
ores inciderit, percontetur sane eos beni-
gne, qua de causa tam mordicus retinere
Missam conentur, præsertim, cum nihil
aliud sit, quàm inuentum humanum, nō
institutum diuinum. Licet autē traditio-
nes humanas ommittere, ut Christus inqt,
Matth. xv. Sine causa colunt me docētes
doctrinas, & mandata hominum. Præte-
rea non habet aliquam necessitatem, &
absq; peccato, ac periculo omitti potest.

Tertio. Sacramentum potest alio
modo, longe præstantiori, magisq; salu-
tari (imo salutari tantum) iuxta instituti-
onem

onem Christi sumi. Quid attinet igitur propter rem cōmenticiam, & nullius momenti mundum in tantam miseriam, & discrimē adducere? Erudiantur homines in publicis contionibus, Missam tanq̄ humanum figmentum sine peccato posse omitti, neq; damnari eum, qui illam non curet, cum possit absq; Missa, & quidem meliori ratione æternam salutem consequi. Quod si fiat, nihil dubium est, quin per se ipsa in contemptum ventura sit, non modo apud stultam plebeculam, uerumetiam apud omnes bonos, prudentes & pios, Atq; id multo magis eueniret, si audirent esse rem periculosam, sine mandato, & voluntate Dei confictam.

Quarto. Cum infiniti, & detestabiles abusus per totum orbem ex negotiatione Missarum extiterint, merito aboleri deberent tantum, ut prohiberentur istiusmodi abusus, etiamsi in ijs aliquid boni, aut commodi inesset. Eo autem magis propter abusus prohibendos abolendæ essent, cum non necessariae, inutiles, & cum periculo coniunctæ sint, omnia
autem

autem tum magis necessaria, tum utilio-
ra, & certiora sine missa obtineri possint.

Quinto. Missa itaq; nihil aliud est
aut esse potest, ut testatur Canon, &
omnes libri, quam opus hominum uel
improbissimorum, quo quis & se, & ali-
os Deo reconciliat, ac remissionem pec-
catorū, & gratiam impetrat, mereturq;.
Etenim cum sanctissime celebratur, ad
istum modum celebratur. Quis enim
alius eius usus est? Quare necesse est
eam damnari, ac abijci. Pugnat enim di-
recte cum principali articulo, qui ait,
Neq; probum, neq; improbum sacrificu-
lum, sed agnum Dei, Dei filium nostra
peccata tollere. Porro si quis hoc præ-
textu usus esset, ut diceret se idcirco si-
bi ipsi Sacramentum tribuere, ut in eam
rem magis sit intentus, sciat id non fieri
ex animo. Serio enim usus hac cœna
magis se confirmabit, & rectius id faciet
in uero Sacramento iuxta institutionem
Christi porrecto. Cæterum sibi ipsi Sa-
cramentum tradere, humana persuasio
est, cum incerta, ac inutilis, tum etiam pro-
hibita. Ac

hibita. Ac nescit quidnam agat, dum neglecto verbo Dei sequitur falsam opinionem, & figmentum humanum. Est etiam iniustum, ut maxime caetera essent probata, comuni Sacramento Ecclesiae pro sua cogitatione uti, idque pro suo arbitrio, sine verbo Dei extra Ecclesiae communionem, tanquam rem ludicram tractare.

Hic Articulus de Missa praecipue in controuersiam ueniet in Synodo. Facilius enim, si fieri posset, reliquos omnes articulos, quam hunc, nobis concederent. Ita Augustae Campegius dixit, Toleraturum se potius, ut membratim discerperetur, quam interire Missam, Quare & ego, Deo dante, prius me in cinerem redigi patiar, quam permittam sacrificulum siue probum siue improbum cum operibus suis parem, aut superiorem Christo domino, & saluatore meo esse. Itaque sumus & manemus perpetuo seiuncti, & contrarii. Facile intelligunt, si Missa tolleretur, actum esse de Papatu, quod antequam permittant omnibus nobis uitam eripient, si poterunt. Praeter haec omnia
cauda

cauda illa Draconis, Missa multam blasphemiam, & multiplicem idolatriam peperit.

Primo, Purgatorium. Ibi Missis pro defunctis, ibi vigilijs, item septimis, tricesimis, & solennibus exequijs, postremo vulgari hebdomada, atq; omnium animarum die, & viscerationibus actum est in purgatorium, uel cum purgatorio, ut Missa p̄p̄modum p̄ mortuis duntaxat usurpata sit, cum tamen Christus Sacramentum suum pro uiuis tm̄ instituerit. Purgatorium itaq; cum omni sua p̄p̄a, diuino cultu, & mercatu, p̄ ludibrio diaboli habendum est. Aduersatur enim hoc quoq; principali articulo, qui docet, Non per opera humana, sed per solū Christum animas liberari. Deinde nihil nobis de mortuis diuinitus mandatum est. Idcirco omitti potest Purgatorium, etiamsi nō esset error, aut idolatria. Papistæ allegant hoc loco Augustinum, & testimonia nonnullorum Patrum, quos de purgatorio aiunt scripsisse. Existimant autem nos non intelligere, quare tales sententias citent. S. Augustinus non

nus non scribit esse purgatorium, neque
habet locum sacrae scripturae qui ipsi hoc
persuadeat, sed in dubio reliquit, utrum
sit purgatorium, an non, & ait matrem
suam petisse, ut sui fieret mentio ad alta-
re, uel Sacramentum, Hoc autem quic-
quid est, tantum religiosa cogitatio est
per paucorum hominum, qui articulos
fidei non possunt condere, id quod soli-
us Dei est. Verum Papistae talia homi-
num dicta eo detorquent, ut fides habe-
atur turpibus, sceleratis, & detestandis
nundinationibus suis de Missis offeren-
dis in purgatorium pro defunctis &c.
Hoc nunquam ex Augustino probabunt.
Vbi autem purgatorias nundinationes
Missarum abrogauerint, de quibus S.
Augustinus ne somniauit quidem, tunc
cum illis differemus, an S. Augustini sen-
tentia absque sacrarum literarum testimo-
nijs approbanda sit, & an liceat mentio-
nem mortuorum fieri apud Sacramentum.
Nequaquam enim sanctorum Patrum
facta, aut dicta inter articulos fidei referri
debent. Nam eo pacto pro articulo fidei
habendus esset illorum victus, uestitus,
domicilia

domicilia, quemadmodum reliquæ san-
ctorum cultæ sunt. Sed verbum Dei
debet articulos fidei constituere, & præ-
ter illud nemo, ne Angelus quidem.

Secundo, Hinc extiterunt permul-
tæ cacodæmonum præstigiæ, qui specie
animarum humanarum apparuerunt,
postulantes Missas, Vigilias, Peregrina-
tiones, & id genus alias Eleemosynas
cum mendacijs & ludibrijs non dicentis,
quæ pro articulis fidei colere, & ad præ-
scriptum illorum viuere omnes sumus
coacti. Et Pontifex talia confirmavit, si-
cut Missam, & reliquam impietatem. Hic
etiam non est cedendum, aut permitten-
dum quicquam.

Tertio, Peregrinationes, hic etiam
quæsitæ sunt Missæ, remissio peccato-
rum, & misericordia diuina. Omnia
enim gubernauit missa. Tam vero
certum est, in verbo Dei non exta-
re mandatum de peregrinationibus,
easq;

eaſq; inutiles eſſe, cum habeamus melio-
ra, atq; illas ſine omni peccato, & pericu-
lo omittere poſſimus. Quare deſerimus
noſtrarum ciuitatum parochias, verbum
Dei, uxores cum liberis, quæ res omnes
neceſſariæ, & nobis mandatæ ſunt, & ſe-
ctamur res inutiles, vanas, pernicioſas,
& diabolicos Errores, niſi quod Papam
Satanas incitauit ad iſta commendanda,
& ſtabilienda, vt quàm plurimi a Chriſto
abducti fiduciam in proprijs operib. col-
locarent, & idolatriam exercerent, qd
in ea re eſt peſſimum. Inſuper non eſt
neceſſarium, neque præceptum habet,
aut concilium, incerta, & noxia. Ideo
hic quoq; nihil cedendum, aut permit-
tendum eſt. Doceatur autem vulgus non
ueceſſarias, imò pernicioſas eſſe peregrina-
tiones, ac deinde videatur, ubi mane-
ant peregrinationes.

Quarto, Et ſocietates, in quibus
Monasteria, Diocceſes, & Vicarij literis
ſe obligarunt, & communicauerunt,
quæ eſt turpis venditio, omnes Miſſas,
bona opera etç, tam pro viujs, quam pro
mortuis,

mortuis. Quod non modo humanum
figmentum est, mandato Dei non ex-
pressum, & necessarium, sed dissentit
etiam à primo articulo de redemptione.
Quare nullo modo ferendum est.

Quinto. Reliquiæ sanctorum, quo
in genere ita varia, & manifesta menda-
cia, & ineptiæ deprehensæ sunt de ca-
ninis, & equinis ossibus, vt etiã propter
eiusmodi imposturas, quas risit Satanas,
iam olim fuerint damnandæ, etiamsi ha-
buissent aliquid boni. Quid, quod res
est non necessaria, & inutilis planè, quã
verbum Dei neque præcepit, neq; con-
suluit. Sed illud pessimum est, quod pro-
pter reliquias sanctorum tanquam ppter
bonum opus, & cultum, ut Missam, dari
finxerunt indulgentias, & remissionem
peccatorum.

Sexto. Huc pertinent indulgentiæ,
quæ viuis, & mortuis sunt donatæ (sed
propter pecuniam) in quibus sacrilegus
iste Iudas, aut Papa merita Christi vnã cū
superfluis meritis omnium sanctorum, &
totius Ecclesiæ vendit. Quare omnia
C minime

minime sunt toleranda. Non enim solum
carent verbo Dei, & nullam habent ne-
cessitatem, aut mandatum, sed etiam pu-
gnant cum primo articulo. Christi enim
meritum non nostris operibus, aut num-
mis, sed fide per gratiam absq; omni pe-
cunia, & nostris meritis, consequimur,
non per Papæ potentiam, sed in Euan-
gelio, aut verbo Dei propositum.

DE INVOCATIONE Sanctorum.

Inuocatio Sanctorum etiam est An-
tichristianus abusus pugnans cum supe-
riori articulo principali, & obscurat cog-
nitionem Christi. Nullū extat de hac præ-
ceptū, aut consilium, aut exemplum in sa-
cris literis. Et multò meliora offeruntur
per Christū, etiamsi Inuocatio Sanctoꝝ
admodum bona esset, ut nō est. Quanc̄q;
autem Angeli in cœlo pro nobis orant
(quēadmodū & ipse Christus facit) item
sancti hic in terris, aut fortasse etiam in
cœlo, tamen hinc non sequitur, quod
Angelos

Angelos, & Sanctos inuocare, adorare,
illis ieiunare, feriari, Missas celebrare, sa-
crificare, denique templa, aras, & diuinos
cultus instituere, ac multis alijs modis ser-
uire, eosq; habere pro Patronis, & distri-
buere inter illos auxiliorum genera, &
singulis peculiare attribuere debeamus,
ut docent, & faciunt Papistæ. Est enim
mera idolatria, cum talis honor debeat
soli Deo. Potes quidem, ut Christianus,
& sanctus in terris pro me orare, non in
vno tantum, sed in cunctis periculis. Ve-
runtamen non es ideo mihi adorandus,
inuocandus, neq; ego tibi ferias, ieiunia,
sacrificia, Missas instituere debeo, & in te
spem salutis ponere. Possum te alia ra-
tione colere, amare, & tibi gratias agere
in Christo. Nunc, ubi idolatrici cultus
Angelorum, & mortuorum sanctorum
aboliti fuerint, nihil afferet detrimento re-
liquus honor imò etiam ex memoria de-
lebitur. Sublata enim spe commodi, &
subsidiij tum corporalis, tum spiritualis,
nemo facile adorabit Sanctos, siue sint in
sepulchris, siue in coelis. Gratis enim, aut
amore adductus nemo illorū valde recor-

C ij dabitur

tur, nemo illos colet, aut honore afficiet.
Caput illud est. Quicquid Missa habet,
quicquid ex ea natum est, quicquid illi
adhæret, id haud quaquam tolerare pos-
sumus, & necesse est, ut illud damnemus,
quo sacrosanctum Sacramentum purū,
& certum iuxta institutionem Christi in
fide usurpatum, & acceptum retinere
possimus.

TERTIVS ARTICV- lus.

Collegia Canonicoꝝ, et Monasteria
olim bono cōsilio instituta sunt, ut educa-
rentur ibi homines docti, & modestæ foe-
minæ. Debent itaq; in antiquū statū resti-
tui, ne desiderentur Parochi, Conciona-
tores, & alij Ecclesiæ ministri, quique ad
republicam vocari possint in ciuitatib.
& prouincijs. Item honestè educatæ vir-
gines, quæ postea euadant in bonas ma-
tresfamilias. Quod si Monasteria his reb.
inservire nolint, melius est, ut deserta ia-
ceant, aut diruantur, quàm ut propter
suos impios cultus ab hominibus inuen-
tos

tos habeantur sanctiora communi Chri-
stianorum statu, & diuinitus institutis
muneribus, & ordinibus. Nam & hæc
omnia pugnant cum primo principali ar-
ticulo de redemptione nostra per Iesum
Christum. Ad hæc (sicut alia hominum
inuenta) nullum habent mandatum, nō
sunt necessaria, neque utilia, denique pe-
riculosas, & perniciosas molestias pariunt.
Nam & Prophetæ tales cultus appellant
Auen, hoc est, molestias.

QVARTVS ARTI- culus.

Pontifex non est iure diuino, aut
mandato Dei totius Ecclesię caput (nam
hoc est solus Iesus Christus) sed tantum
Episcopus, aut Parochus Ecclesię Ro-
manæ, & illorum, qui sua sponte, aut per
creaturam humanam, hoc est, Magistra-
tum ciuilem se illi aggregarunt, non ut illi
tanquam domino suo subiecti, sed ut in
eodem gradu cum illo tanquam fratres,
& sodales, essent Christiani, quemadmo-
vetera Concilia, & tempus Cypriani de-
clarant.

C ij

clarant.

clarant. Nunc autem nemo Episcoporum
audet Pontificem fratris nomine
compellare, ut illis temporibus. Sed co-
guntur etiam Imperatores, & Reges
Pontificem dominum suum appellare.
Id neque volumus, neque debemus, neque
possumus salua conscientia concedere.
Cui vero libebit hoc facere, faciat absque
nobis. Hinc sequitur, omnia illa, quae
Pontifex per falsam istam, temerariam,
impiam, & arreptam potentiam egit, &
constituit, fuisse, & adhuc esse acta, &
gesta ipsius diaboli (exceptis ijs, quae ad
politicum statum pertinent, in quo Deus
etiam per Tyrannum, et nebulonem aliqua
bona gentibus largitur) destinata ad per-
niciem vniuersae sacrosanctae Christianae
Ecclesiae (quantum in ipso fuit) & ad op-
primendum primum articulum principa-
lem de redemptione Iesu Christi. Extant
enim eius Bullae & Libri, in quibus rugit
velut Leo (sicut eum depingit Angelus
Apocalypsis cap. xij.) neminem Chri-
stianorum posse saluum fieri, nisi ipsi obe-
diat, & subditus sit omnibus, quae iubet,
dicit.

dicit, & facit. Quæ omnia nihil aliud sunt, quàm si diceret, Etiam si credas in Christum, & ab illo omnia sis consequutus, quæ ad salutem pertinent, tamen nihil agis, nisi me pro Deo tuo colas, mihi subiectus sis, mihiq; obedias. Cum tamen sit manifestum sacrosanctam Ecclesiam non habuisse Pontificem talem ante annos octingentos. Item hodie quoq; Græcorum, & aliarum gentium Ecclesias Pontifici nō esse subiectas, neq; unquam antea fuisse.

Quare, ut sæpe diximus, humanū figmentū est, de quo nullū extat mandatū, nec est necessarium, sed superfluum, Potest enim sancta Christiana Ecclesia absq; tali capite consistere, & melius cum illa ageretur, si tale caput à diabolo nunquam fuisset exaltatum. Præterea totus Papatus inutilis est in Ecclesia. Nullum enim facit Christianum officiū. Ita necesse est Ecclesiam permanere, & consistere remoto Pontifice. Finge Ponticem cōcedere se nō quidem iure diuino,

C iij aut

aut mandato Dei supremum esse, sed, ut
concordia inter Christianos aduersus se-
ctas, et hæreses tanto melius conseruetur,
debere caput esse, quo alij nitantur. Tale
caput ab hominibus eligeretur, & pro ar-
bitrio hominum, & potestate nunc mu-
tari, nunc remoueri posset, quemadmo-
dum egit cum Pontificibus Constantien-
sis Synodus, quæ remotis tribus Pontifi-
cibus eligebat quartum. Sed finge inquã
Pontificem, & sedem Romanam uel se
id concedere, quod nunquã faciet, Nam
totum suum Regnum, & ordinem pati
cogeretur everti, & destrui cū omni suo
iure, & iuris voluminibus, deniq; nõ po-
test hoc facere, tamen illud nihil pdesset
Ecclesiæ, & existerent multò plures se-
ctæ, quàm antea. Etenim cum nemo illi
capiti obedientiam deberet mandato di-
uino, sed tantum se illi quisq; subijceret
spontanea voluntate, facilè & cito veni-
ret in contemptū, & omnibus suis mem-
bris spoliaretur. Deinde illud caput non
Romæ, aut quouis alio in loco haberi de-
bebit, Sed ubicunq;, & in quacunq; Ec-
clesia Deus talem virum donauisset, qui
ad illud

ad illud munus obeundum esset idoneus.
Sed ò magnam hæc res paritura esset con-
fusionem. Nunquam igitur Ecclesia me-
lius regi, & conseruari potest, quàm si o-
mnes sub vno capite Christo viuamus,
& Episcopi omnes, quod ad officij ratio-
nem attinet, pares (quanquam donis im-
pares) summa cum diligentia consenti-
ant in conformi doctrina, fide, Sacramen-
tis, precatione, & operibus caritatis. Ita
S. Hieronymus scribit, Presbyteros Ec-
clesiæ Alexandrinæ communiter Eccle-
siam gubernare, quemadmodum & Apo-
stoli fecerunt, & deinceps Episcopi o-
mnes in vniuersa Ecclesia, donec Papa
suum caput supra omnes attolleret. Hæc
pars firmissimè probat Pontificem esse
ipsum Antichristum, qui se Christo præ-
posuit, & opposuit. Christianos nõ uult
sine sua potestate saluari, quæ ipsa tamen
nihil est, neq; diuinitus ordinata, aut man-
data. Quid est, si non hoc est præpone-
re se, & aduersari Deo, ut ait S. Paulus,
Nihil tale fit a Turca, aut Tartaris, ut ut
magni hostes sint Christianorum. Per-
mittunt enim credere in Christum omni-
bus,

C v

bus,

bus, qui volunt, tantum accipiunt á Chri-
stianis tributa, & postulant externam o-
bedientiam. Papa vero prohibet nos
credere, & ait sibi obtemperandum esse.
ita salutem contingere. Nos autem non
obtemperabimus, aut potius mortem
oppetemus in nomine Dei. Hæc nascun-
tur omnia ex eo, quod se Pontifex iure
diuino Christianæ Ecclesiæ caput appel-
lari voluit. Quare necesse fuit, ut se com-
pararet, atque anteferet Christo, seque
initio caput, deinde dominum Ecclesiæ,
postea etiam vniuersi orbis, denique ter-
restrem Deum nuncuparet, donec cœ-
lestibus tandem Angelis imperare cona-
retur. Atq; si discernatur doctrina Pa-
pæ à sacra scriptura, aut cū ea conferatur,
comperiemus doctrinam Papæ ea in par-
te, ubi optima est, ex ciuili, & Ethnico
iure desumptam esse, & de ciuilibus re-
bus, atq; iudicijs præcepta tradere, sicut
illius decretales testantur. Deinde de
Templis, vestitu, ciborum delectu, perso-
nis, & eiusmodi rebus ludicris, præstigijs
& ineptijs infinitis ceremonias tradit.
Nihil autem in his omnibus de Christo,
de fide,

de fide, & mandatis diuinis. Postremo nihil est, nisi diabolicum, ubi sua mendacia de Missis, purgatorio, Monasterijs, proprijs operibus, & cultibus (quæ omnia sunt ipse Papatus) urget supra Deum, & contra Deum, damnans interim, occidens, affligens omnes Christianos, qui hanc eius impietatem non supra omnia extollunt, & colunt. Quapropter sicut ipsum diabolum pro domino, aut Deo adorare non possumus, Ita quoq; eius Apostolum Papam, aut Antichristum in suo imperio caput, & dominum ferre non possumus. Nam perdere animam cum corpore, item mendacia, & homicidia sunt pontificium eius Regnum propriè.

In his quatuor articulis satis erit, quod damnent in Synodo. Non enim vel minimam eorum partem nobis possunt, aut volunt largiri. De hac re nullum debet nobis esse dubium, imò confirmandus est animus ea nimirum fiducia, quòd Iesus Christus sit aggressus suos hostes, & persecuturus sit eos, tum spiritu, tum aduentu suo, Amen.

Nobis

Nobis enim in Synodo non coram imperatore, aut civili Magistratu standum erit (sicut Augustæ) ubi Imperator Carolus causam benignè audiuit . Sed nos coram Pontifice, & diabolo ipso stare oportebit, qui nihil velit audire. Sed indicta causa, condemnare, morti addicere, & ad idololatriam cogere. Quare hic non dabimus osculum pedibus eius, neq; dicemus, vos estis dominus meus clemens, Sed sicut apud Zachariam Angelus ad diabolum ait, Puniat te Deus Satan.

TERTIA PARS ARTICULORUM.

De articulis, qui sequuntur cum doctis, & prudentibus viris, aut deniq; ipsi inter nos rectius egerimus, quàm cum Pontifice, qui vnà cum sua factione non magnificat illos. Non enim valet aliquid apud eum conscientia, sed diuitiæ, honores, & potentia tantum valent.

DE

DE PECCATO.

Hoc loco cogimur fateri, ut S. Paulus Rom. v. ait. Per vnum hominem Adam introisse peccatum inmundum, percuius inobediētiam omnes homines peccatores facti sunt, morti, & diabolo subiecti. Hoc vocatur peccatum originale, aut principale. Huius peccati effectus sunt mala opera, quæ sunt in decalogo prohibita, ut diffidentia, falsa fides, idololatria, vacare metu Dei, temeritas, desperatio, cæcitas, et, ut summatim dicā, ignorantia, & contemptus Dei. Deinde mentiri, per nomen Dei iurare, non orare, non inuocare Deum, verbum Dei contemnere, inobedientem esse parentibus, cædes, libidines, furta, imposturæ. Hoc peccatum originale tam immensa corruptio est naturæ, ut illam nulla ratio perspiciat, ideoq; ex sacræ scripturæ reuelatione credenda est, Psalm. li. & Rom. v. Exod. xxxiiij. Gen. iiij. Quapropter manifestus error, & cæcitas est pugnans cum hoc articulo, quod Scholastici Theologi docuerunt. .

l. Post

I.

Post lapsum Adæ naturales hominis vires integras, & incorruptas mansisse. Et hominem naturaliter habere rectam rationem, & Liberum arbitrium, ut possit legi Dei satis facere,

II.

Hominem habere liberum Arbitrium, ut possit facere, quæ bona sunt, & omittere, quæ sunt mala. Contraq; omittere, quæ sunt bona, & mala facere.

III.

Hominem proprijs naturæ viribus posse toti legi Dei satisfacere.

III.

Hominem posse naturalibus viribus Deum diligere super omnia, & proximum sicut seipsum,

V.

Si homo tantum præstet, quantum possit, tunc eum certò consequi gratiam apud Deum,

Sumpturo

VI.

Sumpturo Sacramentum non esse opus, ut habeat propositum bene operandi. Verum satis esse, si non habeat impium propositum peccandi, usq; adeo bonam esse naturam, & tantam esse uim Sacramenti.

VII.

In sacris literis non doceri ad bene operandum opus esse spiritu sancto cum sua gratia. Hic & similes errores manarunt ex ignorantia, & incitia tum peccati, tū Christi saluatoris nostri, suntq; dogmata prorsus Ethnica, quæ nō possumus tolerare. Nam si illa essent vera, Christus frustra mortuus esset, quandoquidē nulla corruptio, aut peccatum in homine est, propter quod ipsum mori fuisset necesse, Aut pro corpore tantum, non etiam pro anima mortuus esset, quoniam anima incorrupta est, solum autem corpus mortū obnoxium.

DE LEGE.

Hic sentimus legem esse diuinitus latam, Primo, ut peccata coerceat
minis,

nis, & terrore poenarum, Item promissione, & annunciatione gratiae, & beneficiorum. Sed haec omnia male cesserunt propter maliciam, quae in homine efficit peccatū. Hinc enim alij, qui sunt inimici legis, deteriores facti sunt propterea, quod illa, quae prohibentur in lege libenter faciunt, quae autem praecipuntur, faciunt inuiti. Ideo quatenus non absterrentur poenis, magis nunc etiam delinquent contra legem, quam antea. Hij sunt homines effrenes, & perditii, qui male agunt quotiescunque datur oportunitas. Alij occaecantur, & insolescunt, existimantes se proprijs viribus seruare, & posse seruare legem, vt supra dictum est de Scholasticis Theologis. Hinc existunt Hypocritae, & in speciem sancti.

Præcipuum vero officium, et vis legis est, ut peccatum originale cum omnibus suis fructibus ostendat, & hominem doceat, quantum natura eius degenerauerit, quodque funditus corrupta sit, quippe cui Lex dicat, Deum ab ipso non coli, sed contemni, & adorari Deos alienos, id quod antea

antea sine doctrina legis non crediderata
Ita homo territus humiliatur, abijcit ani-
mum, desperat, anxie cupiens sibi afferr
auxilium, nescit quo se vertat incipit Deo
irasci, & obmurmurare. Hoc nimirum
est, quod dicitur. Rom. iij. Lex iram o-
peratur, & Rom. xv. Lex subintravit,
ut abundaret delictum.

DE POENITENTIA.

Hoc officium legis retinetur in nouo
Testamento, & exercetur quoq; sicut S.
Paulus Rom. i. ait. Manifestatur ira Dei
de celo aduersus omnem impietatem,
& iniusticiam hominum. Item Rom. iij.
Reus est totus mundus Deo. Item,
ex operibus legis non iustificabitur omnis
caro in conspectu eius. Item Ioan xvi.
Spiritus sanctus arguet mundum de pec-
cato. Hoc est fulmen Dei, quo non solum
manifestos peccatores, sed etiam Hypo-
critas prosternit, damnat, & terrorem, de-
sperationemq; affert, est ille malleus de
quo Ieremias ait. Verbum meum malleus
est conterens petras. Hæc non est actiua

D

contritio

contritio, aut accersita, sed passiva con-
tritio, verissimus cruciatus cordis, passio,
& sensus mortis. Atq; hoc est veram
poenitentiam inchoare, & cogitur homo
audire talem sententiam, Actum est cum
omnibus vobis siue aperte peccatores,
siue Hypocritae estis, oportet vos omnes
alios fieri, quam nunc estis, & operari
longe aliter, atq; nunc operamini. Vt ut
estis magni, sapientes, potentes & sancti,
nemo est iustus, Sed ad tale officium, no-
uum Testamentum addit consolatoriam
promissionem gratiae per Euangelium,
qua fide apprehendere debemus, quem-
admodum Christus ait, Marci. i. Agite
poenitentiam, & credite Euangelio, hoc
est, conuertimini, operamini aliter, et cre-
dite promissioni meae. Et ante Christum
Ioannes vocatur Predicator poenitentiae,
tamen ad remissionem peccatorum, hoc est,
Ioannes debuit omnes arguere, et docere
omnes peccatores esse, ut scirent, quales
essent coram Deo, & agnoscerent se esse
homines perditos Atq; ita pararentur do-
mino ad amplectendam gratiam, & expe-
ctandam, accipiendamq; a Christo re-
missio.

missionem peccatorum. Ita ipse Christ⁹
Luc. vlt. Oportet in nomine meo praed
dicari poenitentiam, et remissionem pec
catorū inter omnes gentes. Si vero Lex
sola, officium suum exercent, remoto
Euangelio, praestō est mors, infernus, &
cogitur homo desperare, ut Saul, & Iu
das, sicut inquit S. Paulus, Lex per pec
catum occidit, Eduerso Euangelium nō
uno tantum modo affert consolationem,
et remissionem peccatorum, sed per ver
bum, Sacramenta, et similia (sicut audie
mus) ut copiosa apud eū redemptio sit,
ut ait Psal. cxxx, aduersus magnam ca
ptiuitatem peccati. Caeterum conferenda
est falsa poenitentia Sophistarum, cum
vera poenitentia, quo utraq; tanto meli
us intelligatur.

DE FALSA POENITEN tia Papistarum.

Impossibile fuit Sophistis rectē de poe
nitentia docere, cum verū peccatum non
cognouissent. Nam, ut supra dictū est,
non rectē sentiunt de peccato originali,
sed affirmant naturales vires hominis in
tegras, & incorruptas mansisse. rationem

D ij recte

recte posse docere, & voluntatem ratio-
ni recte posse obtemperare, Deum certo
donare suam gratiam, cum homo tan-
tum facit, quantum potest suo libero arbi-
trio. Quare necesse fuit illos pœnitenti-
am agere tantum pro actualibus pecca-
tis, (nam vitiosi affectus, libido, concu-
piscencia non erat peccatum) sed pec-
cata vocabant tantum actiones ortas
à libero arbitrio. Huiusmodi pœnitenti-
æ constituunt tres partes, Contritio-
nem, Confessionem, Satisfactionem ad-
dita hac consolatione, & promissione, si
homo recte ageret pœnitentiam, confi-
teretur, & satisfaceret, tunc eum meru-
isse remissionem peccatorum, & pro pec-
catis suis coram Deo satis fecisse. Ita in
pœnitentia iubebant proprijs operibus
confidere. Hinc natum est illud, quod
in suggestis iactabant, quoties vulgarem
confessionem populo recitabant. Conserua
domine Deus vitam meam, donec egero
pœnitentiam pro peccatis meis, & vitam
meam correxero. Hic nulla Christi, &
fidei mentio fiebat, sed sperabat quisq; se
proprijs

proprijs operibus coram Deo peccata
abieciurum, & aboliturum esse. Eo con-
silio etiam Sacerdotes, & Monachi fieba-
mus, ut ipsi resisteremus peccato. Con-
tritio hoc modo se habuit. Quandoqui-
dem nemo omnia sua delicta poterat re-
cordari, præsertim per totum annũ com-
missa, ita nugabatur. Si occulta peccata
deinceps in memoriam redacta essent,
oportere etiam de illis pœnitentiam agi,
eaq; confessione patefieri, Interim gratiæ
Dei commissi erant. Ad hæc, cum nemo
sciret, quanta deberet esse contritio, ut
satisfacere posset coram Deo, hanc con-
solationem addebant, ut is, qui nõ posset
habere cõtritionem, haberet saltem at-
tritionem, quam ego dimidiam contriti-
onem, aut inchoationem contritionis ap-
pellare possum, nam ipsimet neutram ea-
rum intellexerunt, et tam ignorant, quid
hæc significant, quam ego. Hæc attritio
habebatur pro contritione, quando con-
fitebantur. Si quando accidebat, ut ali-
quis diceret, se non posse contritionem
habere, seu dolere pro peccatis, id quod
potuit accidere, amore meretricio captis.

D iij aue

aut cupiditate vindictæ incensis &c. Tū interrogabant, optaret ne cōtritionem habere, an non. Si respondebat, Etiam, (quis enim negaret, excepto diabolo?) accipiebant illud pro contritione, & remittebāt illi sua peccata propter eiusmodi bonum opus allegantes Exemplum S. Bernardi &c. Hic videmus, ut humana ratio titubet in rebus diuinis, utq; pro suo arbitrio à proprijs operibus consolationem petat, de Christo, & fide cogitare nō possit. Quando res in lucem prolata cernitur, Contritio ista ficta, & simulata cogitatio est, ex proprijs viribus profecta, sine fide, sine cognitione Christi, in qua contritione miser peccator risisset interdum libentius, quàm fleuisset, cum libido, et vindictæ cupiditas animū subijc exceptis ijs, quos vel Lex verè perterrefecit, vel tristi spiritu frustra affixit diabolus. Alioqui talis contritio fuit vera Hypocrisis, neq; mortificauit peccati libidinem. Cogebantur enim homines ad contritiōem, cum tamen plus maluissent peccare, si licuisset.

Consi

Confitendi ratio hæc fuit.

Quisq; cogebatur omnia sua peccata enumerare (quod impossibile erat) Hæc fuit ingens carnificina . Quæ vero oblitus erat, hæcenus ei remittebantur, ut, cū venirent in mentem, confiteretur postea. Eo pacto nunquam potuit statuere, quando satis purè esset confessus, aut quando tandem confessio finem esset habitura. Nihilominus tamen iubebatur fiduciam collocare in sua opera. Dicebant enim, Quantò purius confiteretur, & quantò magis ipsum puderet, & se coram Sacerdote vituperaret, tantò illum citius, & melius satisfacere pro peccatis suis, quòd talis humiliatio mereretur gratiam apud Deum. Neq; hic de Christo, aut de fide quicquam. Etiam vis absolutionis confitenti non aperiebatur. Omnis eius consolatio in enumeratione delictorum, ac pudore sita erat. Nemo aut verbis consequi potest, quanta crux, turpitudine, idololatria ex tali confessione permanuerint. Satisfactio latissimè patet. Nemo, n. hominū potuit scire quantum deberet

D iij deberet

deberet facere pro unico delicto, nedum
pro omnibus. Itaque hoc consilium inue-
nerunt, ut paucas satisfactiones impone-
rent, que facile poterant seruari, ut sunt,
quinque orationes dominice, vnum diem
ieiunare &c. Reliquam poenitentiam
reiciebant ad purgatorium. Hic etiam
mera miseria, & calamitas fuit. Alij ar-
bitrabantur se nunquam egressuros e pur-
gatorio, propterea quod secundum ve-
teres Canones, vnum peccatum mortale
requirit poenitentiam septem annorum.
Adhuc tamen posita erat fiducia in nostris
operibus satisfactionis. Et, si satisfactio
perfecta esse potuisset, tota fiducia pror-
sus in satisfactione collata esset, adeo, ut
neque fide, neque Christo opus fuisset. Sed
erat impossibilis. Iam si aliquis per centum
annos ad hunc modum egisset poeniten-
tiam, nunquam tamen sciisset, quando
perfectam poenitentiam egisset. Hoc
erat semper agere poenitentiam, & nun-
quam ad poenitentiam venire. Ibi sub-
ueniebat Romana curia miserae Ecclesie,
& excogitabat indulgentias, quibus re-
mittebat, & assererat satisfactiones, pri-
mum

mum particulatim, per annos septem,
centum &c. & partiebatur eas inter Car-
dinales, & Episcopos, ut alius centum
annorum, alius centum dierum indulgen-
tias donare posset. Totius autem satisfa-
ctionis tollendæ potestatem sibi reserua-
bat. Hæc res cum iam quæstum facere
capisset, & Bullarum nundinatio foelici-
ter procederet, excogitabat Annum au-
reum, quem Romæ esse voluit, & qui re-
missio fuit omnium pœnarum, et culpa-
rum, Eo accurrebant homines. Quis .n.
grauissimo, & intollerabili onere non cu-
pisset liberari? Hoc erat thesauros ter-
ræ inuenire, et exaltare. Pergebat autem
statim Papa, & multos Annos aureos,
alium super aliū accumulabat. Sed quan-
tò ille plus pecuniæ deuorabat, tantò gu-
la fiebat amplior. Itaq; Aureum annum
in alias regiones per Legatos mittebat,
donec omnes Ecclesiæ, ac domus com-
plerentur aureis annis. Postremo irrum-
pebat in purgatoriū in mortuos. Primò
per Missas, vigilias, fundationes, postea
verò per indulgentias, & Annum aureū.
Quid multis, Adeo vilescabant animæ.

D v ut nos

ut nostrate grosso unam liberaret. Neq̄
vero hæc sufficiebant, Papa enim tametsi
iubet homines in indulgentijs fiduciam
salutis ponere, rursus tamen hoc ipsum
rediebat incertum. Ponebat enim in
suis Bullis, Qui se participem fieri vellet
indulgentiarum, & aurei anni, illi prius
agendam esse poenitentiam suorum pec-
catorum, & ea consuenda, atq̄ pecuniam
dandam esse. Est autem antea dictum
Contritionem, & confessionem Papisti-
cam incertam, & Hypocrisim fuisse.
Ad hæc nemo sciebat, quæ anima esset
in purgatorio, et si quæ essent in eo, tamẽ
erat incognitum, quæ habuisset veram
contritionem, & rectẽ fuisset confessa.
Hic Papa accepit pecuniam, & interim
iussit eos confidere in ipsius poenitenti-
am, & indulgentias, & tamen illos remi-
sit ad sua incerta opera, iam, sicubi erant,
qui videbantur sibi non esse obnoxij
peccatis actualibus, ut malis adfectibus
dictis, aut factis, sicut ego, meiq̄ similes
in Monasterijs, & Sacerdotum sodali-
tatis Monachi, & Sacerdotes esse voleba-
mus.

mus, qui ieiunijs, vigilijs, precationibus,
celebrandis Missis, duriore vestitu, &
stratis repugnantes prauis adfectibus,
conabamur seriò & vi quadam salui
fieri. Cum interea originale pecca-
tum etiam in somno fortasse vires suas
exerceret, vt sanctus Augustinus, &
Hieronymus vna cum alijs fatentur.
Hi tamen sentiebant inter se, quosdam
esse tam sanctos, sicut nos docebamus,
vt sine peccato essent, pleni bonis ope-
ribus, adeo, vt hac fiducia alijs etiam
nostra bona opera nobis ad iusticiam
superflua, impartiremur, & vendere-
mus. Hæc vera sunt, & sunt in prom-
ptu Sigilla, Literæ, & Exempla. His
non erat opus pœnitentia. Cuius
enim peccati illos pœniteret, qui non
assentiebantur impijs cogitationibus?
Quid confiterentur? quandoquidem
verba vitabant, pro qua re satisfacerent,
cum nulli facinori essent obnoxij, Adeo,
vt alijs miseris peccatoribus superfluam
iusticiam venderent? Tales sancti erant
Pharisei & Scribæ temporibus Christi.
Hic

Hic venit igneus Angelus S. Ioannes
Prædicator veræ pœnitentiæ, atq; vno
fulmine ferit vtrosq; dicens. Agite pœ-
nitentiam. Illi cogitant, Egimus pœniten-
tiam, Hi cogitant, nobis nō est opus pœ-
nitentia Ioannes dicit, Agite utriq; pœni-
tentiam, Nam vos non egistis veram
pœnitentiam, sed estis Hypocritæ, utriq;
indigetis remissione peccatorum, quia
utriq; ignoratis adhuc, quid sit verū pec-
catum, tantum abest, ut pœnitentiam de
peccato agere, aut illud euitare possitis.
Nemo vestrum bonus est, pleni estis in-
credulitatis, inscitia, & ignorantia Dei
& diuinæ voluntatis. Adest enim is, de
cuius plenitudine oportet nos omnes ac-
cipere gratiam pro gratia, & sine quo ne-
mo hominum coram Deo iustificari po-
test. Si uultis igitur pœnitentiam agere
rectè id facite. Vestra pœnitentia nihil
est. Quis vobis Hypocrite, quibus nulla
pœnitentia opus est, Progenies viperarū
indicauit, quod effugere possitis ventu-
ram iram? &c. Sic concionatur etiam S.
Paulus Rom. iij. dicens, Non est, qui
intelligat, non est, qui exquirat Deum,
non

non est, qui faciat bonum, non est, ne
quidem vnus, omnes inutiles facti sunt,
& deflexerunt. Et Acto. xvij. Nunc
Deus annunciat hominibus, ut omnes
respiscant, omnes homines, ait, nemine,
qui quidem homo sit, excepro, Hæc pœ-
nitentia docet nos agnoscere peccatum,
actum esse cum omnib. nobis, nihil esse
in nobis boni, & oportere nos renouari,
& alios fieri. Hæc pœnitentia non est im-
perfecta, qualis est illa, qua tantum de
actualibus peccatis agitur pœnitentia.
Non est etiam incerta, sicut illa. Non .n.
disputat quodnam sit, aut non sit pecca-
tum, sed omnia deprimit, ac dicit, Nihil
est in uobis, nisi peccatū. Quorsum opus
est inquisitione, partitione, aut diuisione?
Quocirca etiam contritio hic non est in-
certa. Nihil enim relinquitur, quo aliquid
boni cogitare possimus ad satisfaciendū
pro peccatis, sed tantum nuda, & certa
desperatio de omnibus, quæ possumus,
cogitamus, loquimur, & facimus. Simili
ratione Confessio quoq; non potest esse
falsa, incerta, & imperfecta. Qui enim
confitetur nihil in se esse, nisi peccatum,
is com

is complectitur omnia peccata, nullum
excludit, nec obliuiscitur. Denique nec
satisfactio potest esse incerta, Non enim
est opus nostrum incertum, immun-
dum, sed est passio, & sanguis innocen-
tis agni Dei, qui tollit peccata mundi.
De hac poenitentia concionatur S. Ioan-
nes, & postea Christus in Euangelio, &
nos itidem. Hac poenitentia reijcimus
Papam, & quicquid super nostra opera
constructum est. Consistit enim super
immundo, & inani fundamento, bono
opere, aut lege, cum maneat infirmi-
tas in bonis operibus, & nemo imple-
at legem (ut Christus ait Ioannis. vii.)
sed omnes transgrediantur. Quare hoc
aedificium nihil est, nisi mendacium, &
Hypocrisis, etiam cum sanctissimum, &
pulcherrimum est. Atque haec poenitentia
durat apud Christianos usque ad mortem,
pugnat enim cum reliquijs peccati in car-
ne per omnem vitam, sicut S. Paulus
Rom. vii. testatur, belligerari se cum lege
membrorum suorum, idque non proprijs
viribus, sed dono Spiritus sancti, quod
comitatur remissionem peccatorum.

Hoc

Hoc donum purgat, & expellit quotidie reliquias peccati, & nititur hominem iustum, purum, & sanctum reddere. Hanc doctrinam ignorant Papa, Theologi, Iurisperiti, & omnes homines. Est enim coelitus per Euangelium reuelata, & vocatur hæresis ab impijs sanctis. E diuerso existunt interdum phanatici spiritus, quales fortasse iam inueniuntur, & tempore seditionis ante conspectum meum prodibant, qui sentiunt eos, qui semel Spiritum sanctum, & remissionem peccatorum acceperunt, aut fideles facti sunt, si postea delinquant, tamen manere in fide & peccatum ipsis non obesse, clamitant, facito, quicquid iubet, si credis, totum nihil est, fides delet omnia peccata. Addunt hoc etiam, eum, qui post iustificationem labitur, nunquam verè habuisse spiritum, & fidem. Eiusmodi malefanos homines multos audiui, & vereor, ne in quibusdam adhuc tale demonium lateat.

Quare sciendum est, ac docendum, quod fides, & Spiritus sanctus absit quando in manibus

quando in manifesta flagitia, sicut David
id adulterium, homicidium, & blasphemiam
labuntur, Præterquam, quod originale
peccatum adhuc habent, & sentiunt,
& aduersus illud quotidie agendo
pœnitentiam pugnant. Nam Spiritus
sanctus non sinit peccatum exercere suas
vires, & intalescere, ut committatur, sed
cohercet, ac prohibet, ut ne agat quod
uult, si vero agit, tum destituitur Spiritus
sancto & fide. Nam S. Ioannes ait, Qui
ex Deo natus est, non peccat, nec potest
peccare. Et tamen hoc quoq; verum est,
sicut idem Ioannes testatur, Si dicimus
nos non habere peccatum, mentimur, &
veritas Dei non est in nobis.

DE EVANGELIO.

Iam redibimus ad Euangelium, qd
non vno modo consilium, & opem ad-
fert contra peccata. Supra modum enim
liberalis est Deus in sua gratia. Primò
per externum verbum, quo annunciat
remissio peccatorum in vniuerso orbe, id
quod Euangelij proprium officium est.
Secundo

Secundo per Baptismum: Tertio per
cœnam Domini. Quarto per potesta-
tem Clauium, et per mutuum etiam col-
loquium, & consolationem fratrum.
Matth. xvij. Vbi duo fuerint congre-
gati. &c.

DE BAPTISMO.

Baptismus nihil aliud est, quàm ver-
bum Dei cū mersione in aquā iuxta man-
datum, uel, ut Paulus ait, Lauacrum cum
verbo, sicut & Augustinus ait, Accedat
verbum ad Elementum, & fit Sacramen-
tum. Quare non assentimur Thomæ, &
Monachis prædicatoribus, qui verbi (di-
uinæ institutionis obliti) docent Deum
infudisse in aquam spirituales potenti-
as, quæ abluat peccata per aquam. Ne-
que assentimur Scoto, & Minoritis, qui
nihil dicunt de ministerio & fide, nec
docent per verbum & Sacramenta dari
Spiritum sanctum.

DE BAPTISMO IN

fantium.

E Sentimus

Sentimus infantes esse baptizandos,
quia pertinent etiã ad promissam redem-
ptionem per Christum. Et Ecclesia des-
bet illos Christo offerre.

DE SACRAMENTO Altaris.

Sentimus Panem & Vinum in Cœ-
na domini esse verum corpus, & sangui-
nem Christi, nec tantum porrigi, & sumi
à pijs, verum etiam ab impijs. Item non
esse porrigendum Sacramentũ sub una
specie. Neq; vero indigemus illa summa
scientia, quæ nos doceat, tantum esse sub
una specie, quantum sit sub vtraq;, ut do-
cent Sophistæ, & Concilium Constanti-
ense. Etiam si enim verum esset, tantum
esse sub vna specie, quantum est sub utraq;
tamen una tantum species non est tota
ordinatio, atq; institutio à Christo tradi-
ta, & mandata. Præcipuè autem damna-
mus, & in nomine Dei execramur illos,
qui nõ solum utramq; speciem omittunt,
sed etiam imperiose prohibent, damnant,
criminantur tanquam hæresin, atque in
eo se opponunt, & præponunt Christo
domino,

domino, & Deo nostro: De transubstantiatione nihil moramur arguias Sophisticas, Panem, & Vinum amittere suam naturalem substantiã, & relinqui tantum formam, & colorem panis, non verum panem. Optimè enim concordat cum sacra scriptura panem ibi esse, & manere, sicut ipse S. Paulus appellat, Panem quem frangimus. Item, sic comedat de pane.

DE CLAVIBVS.

Claves sunt munus, & potestas Ecclesie à Christo donata ad ligandum, & soluendum peccata, non solum manifesta, & nota peccata, sed etiam occulta, quæ solus Deus perspicit, sicut scriptum est. Quis nouit, quantum delinquat? Et ipse Paulus Rom. vij. conqueritur, quòd carne seruiat legi peccati. Non enim est nostrum, sed solius Dei iudicare, quæ sint peccata, quanta sint, & quot sint, sicut scriptum est, Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

E ij

Et Pau

Et Paul. I. Corin. iij. ait. Nihil mihi conscius sum, sed non ideo sum iustificatus.

DE CONFESSIONE.

Cum absolutio, seu vis clauium in Euangelio per Christum instituta etiam adferat consolationem aduersus peccata, & malas conscientias, nequaquam debet aboleri in Ecclesia, praesertim propter pauidas conscientias, & ut effrenis iuuentus examinetur, & instituatur in doctrina Christiana. Enumeratio autem delictorum debet unicuique esse libera, ut enumeret ea, quae velit. Quamdiu enim haeremus in carne, non mentiemur, si dixerimus, sum miser homo plenus peccatorum. Rom. vij. Sentio aliam legem in membris meis, &c. Etenim cum priuata absolutio proficiscatur a potestate clauium non debet contemni, sed plurimi fieri, ut alia omnia Christianae Ecclesiae officia. Et in his rebus, quae ad externum verbum pertinent firmiter statuendum est, Deum nemini suum spiritum, aut gratiam largiri, nisi intercedente, aut precedente externo

terno

terno verbo, ut nobis caueamus ab En-
thusiasticis, hoc est, à spiritibus, qui glori-
antur se absque verbo, & ante verbum
habere spiritum, & postea scripturam, &
externum verbum iudicant, interpretan-
tur, et torquent pro suo arbitrio, sicut fe-
cit Monetarius, & adhuc hodie faciunt
plurimi, qui inter spiritū, & literam acer-
rimi iudices esse volunt, neq; sciunt, quid
dicant, aut tradant. Nam & Papatus est
merus Enthusiasmus, in quo Papa glori-
atur omnia iura esse in scrinio pectoris
sui, & quicquid cum Ecclesia sua iudicat,
& iubet, id esse spiritum, & iustū, etiamsi
pugnet cum scriptura, aut externo ver-
bo. Hic est vetus ille Satanus, ac Ser-
pens, qui etiam Adamum, & Euam in
Enthusiasmum perduxit, & ab externo
Dei verbo ad spiritualitatem, & propri-
as opiniones abduxit, & tamen id agebat
etiam per alia externa verba, quemad-
modum & nostri Enthusiasticæ damnant
externum verbum, & ipsi tamen non ta-
cent, sed mundum implent sua garrulita-
te, & scriptis, quasi spiritus non possit per
Apostolorū scripta, aut externum verbū

E iij venire

venire, sed tantum per horum scripta,
& verba. Cur non omittunt etiam suas
conciones, donec ille spiritus absq; illo-
rum scriptis, & ante scripta in homines
veniat, quemadmodum gloriantur eum
in ipsos venisse absq; prædicatione scri-
pturæ, sed de his non est locus iam dis-
putandi. Alibi hæc à nobis satis tractata
sunt. Quin illi etiam, qui ante Baptismū
credunt, aut in Baptismo fidem accipi-
unt, habent hoc per externum verbum
præcedens, sicut necesse est adultos, qui
iam intelligunt, prius audivisse hoc ver-
bum, Qui crediderit, & baptizatus fue-
rit, saluus erit, etiamsi initio infideles,
decem annis post accipiant spiritum, &
Baptismum. Et Cornelius, Acto. x.
multo ante audiverat apud Iudæos, de
venturo Christo, & Messia, per quem
ipse coram Deo iustus, preces, &
elemosynæ eius acceptæ erant in tali
fide, sicut Lucas appellat eum iustum, &
pium. Neq; poterat sine tali verbo, &
auditu, credere, aut iustificari. Ideo ne-
cesse fuit, ut S. Petrus illi reuelaret Messi-
am, in quem nondum exhibitum, ad
illud

illud usq; tempus crediderat, iam venisse
se, ut ne cum infidelibus, & obcæcatis
Iudæis Christum adhuc venturum esse
crederet, sed, ut sciret sibi æternam salu-
tem consequendam esse per præsentem
Messiam, nec eum cum Iudæis negan-
dum, aut persequendum. Sed, ut rem
conferam in pauca, Enthusiasmus iste
in Adamo, & eius filiis ab initio usq; ad
finem mundi per antiquum draconem
ijs inditus, estq; origo, vis, & potentia
omnis Hæresis, & Papatus, & Mahome-
tis. Quare nobis statuendum est, De-
um non acturum esse cum hominibus,
nisi per suum externum verbum, & Sa-
cramentum. Quicquid autem sine ver-
bo, & Sacramento de Spiritu iactatur,
diabolus est. Deus enim etiam Mosi vo-
luit primo per igneum rubum & voca-
le verbum apparere. Neq; quisquam
Prophetarum, siue Elias, siue Eliseus,
absq; decem præceptis spiritum accepit.
Neq; Ioannes Baptista sine præcedenti
verbo Gabriels conceptus est, neq; sine
Mariæ voce in utero materno saltabat.
Et S. Petrus ait, Propheta nõ ex volun-

E iij tate

tate humana, sed ex spiritu sancto Prophetauerunt, cum essent sancti homines. Sed absq; externo verbo nō erant sancti, multō minus illos velut pphanos adhuc ad prophetandū Spiritus sanctus mouisset. Nam erant sancti, ait, cum Spiritus sanctus per illos loqueretur.

DE EXCOMMUNICATIONE,

Maiorem excommunicationem, ut vocat Papa, nos tantum pro civili poena habemus, ac ideo ad nos Ecclesiasticos ministros nihil pertinet. Minor autem, hoc est, vere Christiana excōmunicatio, quæ manifestos, & obstinatos peccatores arcet à Sacramentis, aut alia Ecclesiae communionē, donec agant poenitentiam, & uitent peccata, pertinet, Et conuocatores non debent huic spirituali poenae admiscere civilem poenam.

DE ORDINE, ET Vocatione.

Si Episcopi vellent esse vere Episcopi,
& Ecclesiae, & Euangelij curam gerere,
tum

cum charitatis, & concordia gratia, non
tamen necessario illis concederemus, ut
nos, & nostros Concionatores ordina-
rent, & confirmarent, sed remotis omni-
bus deliramentis, praestigijs, & impijs ce-
remonijs. Iam vero, cum non sint veri
Episcopi, vel etiam esse nolint, sed civiles
Magistratus, & Principes, qui non con-
cionantur, non docent, non baptizant,
non porrigunt Sacramenta, nec vllum
opus, aut munus Ecclesiasticum facere
volunt, imò persequuntur, & damnant
eos, qui vocati funguntur munere Eccle-
siastico, non ideo tamen Ecclesia carere
debet ministris. Quapropter, ut vetera
exempla Ecclesiae, & Patrum nos docent,
ipsi volumus, & debemus ordinare ido-
neos ad tales functiones, id non possunt
vetare, aut prohibere, etiam secundum
ius suum. Nam ipsorum iura dicunt etiã
eos, qui ab Hæreticis ordinati sunt, esse
ordinatos, neq; illam ordinatiõem debere
mutari. Quemadmodũ S. Hieronymus
de Ecclesia Alexandrina scribit, Eam pri-
mò absq; Episcopis per Presbyteros, &
Cõcionatores cõmuniter gubernatã esse.

E v

DE

DE CONIVGIO SA- cerdotum.

Quòd coniugia prohibuerunt, & diuinum Sacerdotum ordinem perpetua castitate onerarunt, fecerunt iniuste, & iniquè, & ut impij, Tyrannici, ac perditæ nebulões, Eaquæ re occasionem præbuerunt omnis generis peccatis horrendis, ac tetræ innumerabilibusquæ libidinib. quibus adhuc immerfi hærent. Quàm igitur aut nobis, aut illis non est potestas data ex masculo foeminam, vel ex foemina masculum faciendi, aut utrumque sexum delere, tam ipsi quoquæ non habent potestatem creaturas Dei separandi, aut prohibendi, ne honestè, & in matrimonio cohabitent. Itaquæ nequaquam approbabinus, aut feremus impium illorum coelibatum, sed coniugium habebimus liberum, sicut à Deo ordinatum, & institutum est, neque illius opus rescindere, aut impedire volumus. Nam S. Paulus ait esse doctrinam diabolicam.

DE ECCLESIA.

Non

Non concedimus eis, quod sint Ecclesia, & re vera non sunt, & non obtemperabimus ijs, quæ sub nomine Ecclesiae mandant, aut vetant. Etenim puer, Dei gratia, septem annorum non ignorat quid sit Ecclesia, quod sit sancti fideles, & oïculæ, quæ vocem Pastoris sui audiunt. Sic enim orant pueri, Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, Hæc sanctimonia non est sita in superlicijs, ut vocant, raluris talaribus tunicis, & alijs illorum ceremonijs, per ipsos extra sacram scripturam confictis. Sed sita est in verbo Dei, & recta fide.

QVOPACTO CORAM
DEO IUSTIFICEMVR
ET DE BONIS
operibus.

Quicquid de hac re usque ad hoc tempus assiduè docui, nequaquam mutare possum, qd per fidem (ut S. Petrus ait) cōsequamur cor nouum, & mundū, & quod Deus ppter Christum nostrum
mediatorem

mediatorem nos pro iustis, & sanctis habere velit, & habeat. Quanquam autem peccatum in carne nondum prorsus mortificatum est, tamen id non uult imputare credenti. Atque talem fidem, renovationem, ac remissionem peccatorum comitantur bona opera, & quod in his adhuc vitiosum est, non reputabitur pro peccato propter illum ipsum Christum, sed totus homo (tum secundum personam, tum secundum opera sua) vocabitur, ac erit iustus, & sanctus per solam gratiam, & misericordiam in Christo in nos effusam, & amplificatam. Quare non possumus gloriari de meritis nostrorum operum, si sine gratia, & misericordia inspiciantur, sed, ut scriptum est, Qui gloriatur, gloriatur in domino, hoc est, gloriatur se habere propitium Deum, sic se res bene habet. Addimus praeterea hoc etiam, quod, si non comitentur bona opera, fides sit falsa, non vera.

DE VOTIS MONA-

sticis,

Quando

Quandoquidem vota monastica di-
recte cum principali articulo pugnant,
debent esse prorsus irrita. Sunt enim, de
quibus ita dicit Christus. Matth. xxiii.
Ego sum Christus &c. Nam qui vouet
vitam monasticam, is statuit, se tenere
meliolem vitæ statum, quàm uulgius
Christianorum, ac suis operibus, non so-
lum se, sed alios quoque conatur ad cœ-
lum adducere, hoc est, negare Christum.
Iactant etiam hoc sui, ut Thomas, vota
monastica paria esse baptismo, hæc est
blasphemia in Deum.

DE TRADITIONIBVS humanis.

Quod Papistæ affirmant Traditio-
nes humanas conducere ad remissionem
peccatorū, aut mereri æternam salutem,
planè impium est, & damnatum, sicut
Christus ait, Frustra colunt me mandatis
hominum. Item ad Titum i. Auerfantiū
veritatem. Item falsum est & hoc, quod
asserunt peccatum mortale esse violare
istiusmodi traditiones.

Hæc

Hæc sunt capita, in quibus me consistere oportet, ac consistam (Deo dante) usque ad mortem meam. Neque video quid in his mutare, aut concedere debeam. Si quis autem volet aliquid concedere, faciat id cum suæ conscientiæ periculo. Postremo restant adhuc ipsæ præstigiæ Pape de stultis, & puerilibus articulis, de consecratione Templorum, de campanarum, & saxeorum altarium baptismatione, de susceptoribus eorum, qui aliquid ad illa dabant. Quæ baptismatio contumelia est, et derisio sacrosancti baptismi, ideoque minime ferenda est. His adde articulos de consecratione Candelarum, palmarum, placentarum, herbarum, auenæ &c. Hæc non potest vocari, aut esse consecratio, sed est ludibrium, & impostura. Infinite sunt aliæ huius generis præstigiæ, quas relinquimus illorum Deo, & ipsis adorandas, donec capiat eos, facietas, nos volumus ab ab eis esse liberi.

Impressum Vitebergæ, per
Iosephum Clug.

Anno, D. M. XLI.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

2
19 2895a

ULB Halle 3
002 275 473




sb.

Mc



Handwritten text on a small label attached to the right edge of the book cover.






B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



Articuli Schmalcaldisi
CAPITA
FIDEI CHRITIA
NAE, CONTRA PA
pam & Portas infero
rum, constanter
asserenda.
D. MAR. LVTHE
RVS.
VITEBERGAE.
Anno M. D. XLII.

*Alia Versio ab ea, quae in Libr. Sym
boticiis legitur.*

3

